



Acta sanctorum

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae
ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

Quo dies primus et secundus continentur

Bolland, Johannes

Parisiis et Romae, 1866

Prologus Auctoris b Collatus cum editione Mabilloniana tom. IV Annalium
Benedictinorum pag. 703.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73889](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73889)

AUCTORE
ANONYMO.

tur. Ceterum de frustra tentata hac integri corporis ejus translatione adi Commentarium a num. 54.

n Consule, quæ de hoc, uti videtur, Miraculorum codice disputavimus in Commentario a num. 88.

o Per Academicum studium intelligit artem recte copioseque disserendi. Forte anonymus noverat illud Ciceronis: Ego autem fateor, me oratorem, si modo sim, aut etiam quicumque sim, non ex Rhetorum officinis, sed ex ACADEMIÆ spatiis exstitisse.

p Vide Annotata pag. 294, lit. h.

p Id est, et Spiritui Sancto honor et gloria.

r Alpha, id est, principium juxta illud Apocalypseo cap. 1, v. 8: Ego sum Alpha et Omega, principium et finis.

f Chere a voce Græca χαιρε pro salve, ave, adhibet anonymus.


t Quinque versus, qui in apographo nostro subsequuntur, vel anonymi inscitia adeo male tornati et impleti, vel descriptoris vitio adeo luxati ac detorti sunt, ut nulla ratione ad metri syntaxosque leges reduci a me quiverint. Quapropter eos hic ommittendos censui, et vel ideo præsertim, quod nihil notatu dignum indicare videantur.

B

u In fine apographi nostri ponitur oratio, quæ uti arbitror, eadem est, quam Tillemontius tom. IV Monum. eccles. pag. 753 Nota A satis pulcrum vocat. Integram hic subdere visum est, quod non parum ad Posthumam S. Fidis gloriam faciat, et miraculis jam nunc edendis fidem etiam conciliet. His verbis concepta est: Sancta et benedicta Fides, virgo preciosa et martyr gloriosa, honor cæli, decus paradisi, cælestis Hierusalem margarita, Christi sponsa, dulcis ac dilecta Dei amica, quæ, postpositis sæcularium voluptatum illecebris, Christum tantum concupisti, sitisti, desiderasti, nec unquam desiisti, donec per martyrii gratiam ipsum invenisti, nunc habes, nunc tenes, nunc vides, quem desiderasti, visoque sine fastidio satiaris. In illo delectaris, illum amplexaris, sub umbra illius, quem desiderasti, sedes, et fructus ejus dulcis gutturi tuo. Illi vox tua dulcis et facies tua decora. Ipse tibi imperat ut ancillæ, sublimat ut reginam, fovet ut filiam, coronat ut amicam,

C

valida ut mors, vestra fuit dilectio. Et quomodo majorem hac dilectionem haberetis, quam ut pro invicem animas poneretis; et ideo indissolubili modo nexa, totiusque felicitatis plena vestra est caritas, spirans odorem æternæ vitæ. Oramus ergo te, inclita et cælestis femina Fides, quam post incomparabilem et deificam Dei Genitricem Mariam pene omnibus sanctis Virginibus miraculorum præferunt insignia, ut nobis peccatoribus in præsentem vitam subvenias, atque apud piissimum Redemptorem tuum, cui in hac vita placere studuisti, et in quem nunc et semper inter angelos cernere cupis, peccatorum nostrorum veniam impetres, et in supremo judicii die venturi Judicis iram tuis sanctis precibus in maximam lenitatem ac bonitatem contra nos miseros convertas. Quatenus ab æternis gehennæ incendiis liberati, et Beatorum consortio conjuncti tecum feliciter æternare mereamur in cælis. Amen.



D

MIRACULA,

Auctore Bernardo, Andegavensis scholæ magistro, conscripta a.

Ex antiquo Ms. reginæ Sueviæ, signato 744, partim collato cum editione Labbeana tom. II Novæ Bibliothecæ Mss. a p. 531.

PROLOGUS AUCTORIS b

Collatus cum editione Mabilioniana tom. IV Annalium Benedictinorum E pag. 703.

Sanctissimo atque hominum doctissimo Fulberto e, Carnotano episcopo, Bernardus, scholarum minimus, summæ beatitudinis donum. Cum dudum Carnoti vestra sincera conversatione fruerer, accidebat crebrius, ut vel scribendi causa vel orandi S. Fidis martyris, quæ extra muros ejusdem urbis sita est, ecclesiolam adirem d. Qua de re memini, nos aliquando inter confabulationis colloquia incidisse in mentionem S. Fidis miraculorumque ejus, quæ in loco Conchacensis * cœnobii, ubi sacrosanctum corpus illius veneranter excolitur e, omnipotentis Christi munere * fiunt assidue. Quæ quia partim vulgari fama celebrari videbantur, partimque * inaudita habebantur, haud aliter, quam inanis fabulæ commenta a fide rejiciebantur. Et tamen * cum, quod verum erat, per voluntatem Dei silere * non poterat, verique opinio pene per universam Europam jam discurreret, paulatim subiti mihi in corde tacita et oblivionis impatiens cogitatio, uti ipsum sanctæ Martyris habitaculum eadem * studio discendi adirem. Postremo adeo res rediit huc, ut voti inde facti tempus diemque, ne daretur oblivioni, in manuali codicello notaverim f.

2 Interea causa exstitit, quæ ad urbem Andegavum * ab ipsius urbis episcopo g exoratus transmigrarem, ubi fere per triennium per inanes nugas, ut verum confitear, tempus studii conterens, excessi terminum voti *; quippe bonam opportunitatem expectabam, quæ, succedentibus multiplicis curæ occupationibus, adeo me falsa expectatione reddidit delusum, veluti piscis intra linea claustra captus, quo magis expediri conabar, eo gravioribus malis implicarer. Tandem vero ne sub specie * adversitatis desidiæ meæ viderer consulere, cum etiam occultos et pene inextricabiles diabolica fraude mihi persentiscerem * parari laqueos, prorsusque arte inimica a ceptis cogitantem de bonis absterri, postpositis repente rebus, ad desideratum glo-

Quæ fuerit sibi data occasio scribendi miracula S. Fidis, c

d

* Mabil. Conchacensis e

* Mabil. omnipotentia Christi

* Mabil. partim quia

* Mabil. Et tum

* an sileri? F

* Mabil. eodem

f

et quo modo eorum veritatem indagavit,

* Mab. Andegavensem g

* Mab. excessi tamen voti

* Mabil. sub spem

* Mabil. presentirem

AUCTORE
BERNARDO.

ANNOTATA.

h
* *Mabil.*
postquam

A gloriosæ Martyris mausoleum, Domino ducente, perveni. Hic ergo de virtutibus h S. Fidis priusquam * sollicite cœpi inquirere, tanta a diversis relatoribus miraculorum affluentia abundavit, ut, nisi audiendi esset ardens animus, nimio tædio afficerent cerebrum. Verum, quia ipsum hominem, cuius oculi violenta avulsione * radicitus abstracti fuerunt *, et postmodum salva naturæ integritate reformati, ipse videre merui, et nunc in hac etiam hora dictandi video, eodemque prædente, universa attestante provincia, novi i, primum id, tamquam miraculorum fundamentum cæterorum, lectioni inserendum puto, non solum sensum e sensu, sed etiam verbum e verbo, ut ab ejus ore audio, brevitatibus alienis, longam satis lineam narrationis exordiens. Posthæc vero pro redeundi festinatione perpauca adjicere miracula reliquorum * pulchriora, summa brevitate cursimque notata, et quidem, quæ ætate nostra non sunt antiquiora, quorumque testes in promptu, non fabulosam, sed evidentissimam veritatem elicerunt * k, mecum in patriam, Deo duce, ferendum * delibero; quo videlicet diligentiori datus otio abundantiorum lectionis lecturam faciam.

i
* *Mabil.*
reliquorum vero

* *Mabil.*
liquerint

k
* *an ferenda?*

B uti et cur præ alii ipse ea scribat,

3 Hæc ergo, mortalium doctissime, cum acceperis, artis tantum positionem corrigere; nam quidquid mihi narratum fuerit, quamvis indoctus et recte dictandi imperitus, non tamen simplex ad audiendum, nec facilis ero ad credendum; aut potius, si fœdum tibi videtur, stilum imparem materiæ materiam polluisse, tute tibi, salva benevolentia mea, quem constat unice in altiore sapientiæ gradum evasisse, tam nobile tamque gloriosum thema nobili gloriosoque stilo decoraturus sume, ne veritas malo stilo corrosa legentibus horreat, ac per hoc res optima vilesceat; nam tantam talemque historiam, tamquam abjectis sapientibus, occupasse, præsumptoris potius erit improbitas, nisi, quia causa in medio prolata me ab hac audaciæ noxa facit immunem; quoniam *, ut manifestius edicam, ius est, celestia miracula, nunc dum sunt meliora * et indubia, a scholastico, quamlibet indocto, salva veritate utrumque tradi litteris,

C quam ab ignotis mundi partibus oscitantem spe dubia oratorem expectari.

4 Ergo non adeo culpandus mihi videor, si divinæ gratiæ munera pro viribus expromptare * contendo, cum ipsa scriptorum inopia, ut id agam, vehementer expostulat. De cætero, qui hoc lecturi estis, moneo, ne in hujus scripturæ concordia scandalizemini, consequentiam temporum quærentes l; non enim permittit me instans redeundi necessitas ad purum investigare, nisi ea, quæ sine detrimento fructus * minime sunt præternittenda. Unde non hic in hac scriptura libri, quem de virtutibus S. Fidis, Deo cooperante, exordior componere, annorum ordo, sed miraculorum concordabit similitudo, quorum inviolabili veritate diligentissime a me exquisita, quia nihil verius, precor, ut fidem relatu pleno corde accomodetis, ne vobis sanctæ Martyri postmodum minus derogasse sit satius, aut potius, si rei prodigiosæ inusitata novitas vos perturbat, id super omnia coram * fraternitate m procumbens terratenus peto, uti nostro tempore non tam orationis, quam causa experientiæ, et vos quoque, me regresso, huc veniat, ne intempestive falsum judicetis inexperiti, cuius veritatem ultro propalabit experti n.

exponit Bernardus, diciturque suis filium haberi postulat.

* *Mabil.*
propalare

l

* *Mabil.*
addit misericordie

* *Mabil.*
a vestra fraternitate

m

n

a Apographum nostrum antiqui codicis Ms. reginæ Sueviæ hunc præfert titulum: Incipit Liber miraculorum S. Fidis, virginis et martyris, editus a Barnardo, Andegaviæ scholæ magistro. Hunc porro Barnardum, seu Bernardum, non fuisse vulgarem ludæi magistrum, sed episcopalis scholæ præpositum, in Commentario num. 88 et 94 monuimus.

b Idem apographum nostrum sic habet: Incipit epistola ad domnum Fulbertum, Carnotani episcopum. *Mabil.* vero legis Carnotenum.

c Fulbertus, cui scriptores Historiæ litterariæ Franciæ tom. 7, pag. 261 et sæpe alibi Sancti titulum adscribunt, vario nomine in variis Mss. appellatur; alibi Folbertus, Fulpertus, Ulbertus et Umbertus, alibi, Wlpertus, Wlbertus, imo et Wilbertus dicitur, uti testantur laudati scriptores Historiæ litterariæ pag. 261 Nota 1. Fuit sanctitate non minus, quam doctrina illustris antistes, ut merito clarissimum sui temporis ecclesiæ Gallicanæ lumen passim vocetur, atque in ejus morte studium philosophiæ humanorumque ac divinarum dogmatum in Francia periisse et gloria sacerdotum pene cecidisse dicitur. Etiam tum, cum episcopalem gradum anno Christi 1007 assecutus esset Fulbertus, a docendo non destitit, scholamque habuit discipulorum undequaque confluentium frequentia pernobilem, quos inter fuit Bernardus noster. Qualis in docendo fuerit Fulbertus, ejus discipulus Adelmanus laudatus tom. VII Historiæ litterariæ pag. 14 his versibus indicat:

Heu! quanta dignitate moralis industriæ,
Quanta rerum gravitate, verborum dulcedine
Explicabat altioris arcana scientiæ.
Floruere, te fovente, Galliarum studia;
Tu divina, tu humana excolebas dogmata.
Nusquam passus obscurari virtutem desidia,
Præter dicta tom. I Aprilis in Prætermisiss pag. 856, insignia hujus viri elogium vide tom. VIII Galliæ Christianæ auctæ a col. 1113 et laudato tom. VII Historiæ litterariæ a pag. 261; ex quibus etiam facile judicium feras de discipuli ejus Bernardi meritis ac doctrina, qui tali tantoque præsul famularis præ cæteris fuit.

d Habes hic, quam studio nominatim non recensui num. 71 Commentarii, aliam S. Fidi erectam in Galliis ecclesiam.

e Vide dicta in Commentario a num. 53.

f Non tantum quasi voto, ut innuunt scriptores Historiæ litterariæ Franciæ tom VII, pag. 308, sed voto stricte dicto sese Bernardum ad id obstrinxisse, ipsa ejus in annotando emissi voti tempore dieque summa diligentia satis denotat.

g Laudati scriptores Historiæ litterariæ Franciæ ibidem censent, Bernardum ab Andegavensi episcopo evocatum fuisse, ut Andegavensi scholæ episcopali præset, eumque fere per triennium hoc munere fuisse functum; quæ quidem ipsius Bernardi dictis consona sunt; verum quod addunt, Andegavensem præsullem illum fuisse Hubertum Vindocinensem, qui nempe, ut Sammarthani fratres tom. II Galliæ Christianæ pag. 123 scribunt, anno 1010 Andegavensi ecclesiæ præfectus fuit, id mihi quidem omnino certum non videtur, nisi vel citius, quam anno 1010, Hubertus ille Andegavensem sedem tenuerit; vel serius, quam anno 1010, imo et 1012, manum Operi admovisse Bernardus statuatur; quandoquidem triennium fere

AUCTORE
BERNARDO.

fere Andegavi exegerat, priusquam se Conchas hic scriptor contulerit.

h Id est, de miraculis S. Fidis, de quibus priori num. locutus erat.

i Non vulgi rumoribus motum, non credulum levemque hominem fuisse, at contra viri gravis, cauti, prudentisque partes omnes hic explevisse Bernardum, ex his satis superque liquet.

k Et hæc rursus aliaque, quæ subduntur, ejusmodi sunt, ut iis, quæ auctor ille refert, merito habeamus fidem.

l Ordinem chronologicum, seu, ut subdit, annorum, quibus miracula illa facta sunt, ordinem non observavit Bernardus, sed miraculorum similitudinem, quorum certa explorataque esset veritas.

m Fraternalitas est titulus honorarius, quo reges, cum ad invicem scribebant, antiquitus etiam utebantur, uti et episcopi cum ad episcopos, et clerici cum ad clericos litteras dabant. At titulum illum episcopo a simplice sacerdote attributum etiam quandoque fuisse, vel hinc manifestum fit.

n In apographo nostro additur: Explicit epistola; ac dein subditur: Incipiunt capitula libri sequentis, de quo vide a nobis dicta in Comment. numm. 90 et 94. Porro ita se capitulorum elenchus in nostro apographo habet:

CAP. 1. De Witberto, cujus oculos radicitus evulsos S. Fides redintegravit.

CAP. 2. De Gerberto simile miraculum.

CAP. 3. De eo, qui irruens in monachum S. Fidis, occubuit præcipitio.

CAP. 4. De ea quæ sacræ imagini assurgere contempsit.

CAP. 5. De filia viduæ cæca.

CAP. 6. De muliere, quæ usurpavit annum, quem altera moriens S. Fidei reliquerat.

CAP. 7. De improbo mercatore.

CAP. 8. De puero, in quo quadripartitum gestum est miraculum.

CAP. 9. Item de cæco et claudo.

CAP. 10. De eo, qui a suspendio furcarum S. Fidis auxilio liberatus est.

CAP. 11. De eo, cui ad conterendos ferros compedes S. Fides martellum attulit.

CAP. 12. De eo, qui præmonitus a S. Fide per fenestram turris saltu evasit, et de mirabili asino.

CAP. 13. Iterum de Gerberto miraculum.

CAP. 14. De peregrino captivo et vinculato subitoque S. Fidis auxilio liberato.

CAP. 15. Reversio tertia Barnardi ad S. Fidem et quod Witbertus illuminatus jam obiisset.

CAP. 16. De eo, quem S. Fides gladio percussum mirabiliter sanavit.

CAP. 17. De quodam Bernardo de morte suscitato, et de mirabilibus ipsi ad S. Fidem venientibus in via ostensis.

CAP. 18. De mulo a morte resuscitato.

CAP. 19. De reperto accipitre.

CAP. 20. De puella contracta.

CAP. 21. De contracto directo.

CAP. 22. De rustico a dæmonio liberato.

CAP. 23. De quadam puella simile miraculum.

CAP. 24. De milite sagitta vulnerato et per S. Fidem sanato.

MIRACULORUM

LIBER I

CAPUT I.

De Witberto, cujus oculos radicitus evulsos S. Fides redintegravit.

Igitur adhuc in pago Rotenico a, ubi et beatissima virgo requiescit Fides, in vicinia vici Conchacensis presbyter quidem *, Geraldus nomine, susperstes habitat, qui habuit consanguineum ac in Pontificali Confirmatione b filium, nomine Witbertum, suæ domus vernaculum, rerumque suarum procuratorem strenuum. Hic aliquando Witbertus festivitatis gratia ad Conchas * perrexit, completaque de more solenni lucubratione vigiliæ c, in crastino, id est, in ipso solemnitate die, recidivo redibat tramite, cum offendit sinistra fortuna præfatum dominum suum, occulto zeli odio adversus se commotum. Hunc presbyter cum peregrino habitu cominus cerneret, et * verbis pacificis in primo aggressu ita affatus est: Ecce, Witberte, Romeus d, ut video, effectus es; (sic enim in eadem patria Sanctorum peregrini appellantur; et respondit: Etiam, domine, a festivitate S. Fidis revertens. Tum vero de cæteris quasi amabili-ter exquisito dat licentiam abeundi. At cum paululum sese præterirent, respiciens post tergum Judaicæ conditionis sacerdos *, (si tamen sacerdotem, qui sacrilegio sacerdotium contaminat, vocari fas est) jubet homini, ut paulisper opperiat se; quem consecutus mox a suis utrobique vallatum teneri præcepit.

6 Quod cum ille vidisset nimio metu intremiscens, summam cujus criminis arguatur, percontari cepit. Cui vir perfidus hujuscemodi * dedit responsum: Malum mihi fecisti et pejus factum ire paras, et ideo non aliter, quam ipsis tuis oculis satisfaciens mihi supplicium dabis. Nec tamen apertius, quasi præ pudore, designavit modum culpæ; namque est sacerdotibus inhonestum de zelotipio e suo agere judicium; siquidem hujus mali causa de suspitione stuprandæ mulieris erat exorta. Ille vero, ut erat rei ignarus, omnigenæ culpæ purgationem satis confidenter profert. Ecce, inquit, domine, omne nefas, quo tibi suspectus habeor, si est, ut palam detegas, legaliter refellere paratus, non æstimo inveniri posse, quo pacto iram tuam tuorumque fidelium incurrere debeam. Ad quem ille: Cessent, inquit, cessent superflua excusationis ambages; jam enim dudum concludatum est, data sententia, ut oculis careas. At ille gladiatorio sibi animo illum * insistere, irremparabilemque suæ destructionis horam imminere, nec ullum precii locum fore ulterius cernens, adhuc tamen, quamvis de præsentis dif- fids salute, hujusmodi clamorem addidit: Do- mine,

D

CAP. I.

A suscepta ad S. Fidem peregrinatione revertenti

a

* an quidam?

b

* Lab. Concham

c

* Lab. omittit et

d

* Lab. male sacerdotes

e

* Lab. summa

* Lab. addit minaciter

* Lab. omittit illum

f

Witberto, ab hero suo, cui de crimine falso suspectus erat.

g

* Lab. summa

* Lab. addit minaciter

* Lab. omittit illum

h

* Lab. omittit illum

i

* Lab. omittit illum

j

* Lab. omittit illum

k

* Lab. omittit illum

l

* Lab. omittit illum

m

* Lab. omittit illum

n